



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

3 Anathema, an differat, à majori excommunicatione, & quid significet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

serim in quibus tractat de sacramentis, in
sess. 7. de Euchar Sacr, sessio. 13. de poenit. Sa-
er. sess. 14. de comm: sub utraque spec. sess. 21.
& sac. Miss. sess. 12. & etiam anathema
maranatha, & pluribus alijs nominibus ab-
pellatur, ut mors, medicina, mucro, seu
gladius, virga ferra, & neruus ecclesiasticæ
disciplinæ, de quibus nominibus, per Sayr. 5
in Thes. Cas. Consc. cap. 3. lib. 1.

3 Anathema, † prout capitur de jure, ni-
hil differt à majore excommunicatione,
nisi in forma, ut per Graff. in decis. aur. c. 1.
num. mibi 39. par. 1. lib. 4. sed majori cum
solemnitate anathematizatur, ut in cap. de-
bent, cum seq. 11. quest. 2. Et duo signifi-
cat; Unum, quod est actus separandi Chri-
stianum à Christianorum comunione,
ut in c. nemo, 11. q. 3. Nihil enim aliud sig-
nificat anathema, quam à Deo separatio-
nem, c. certum. 24. quest. 3. & cap. Engel. tru-
dam. 3. quest. 4. Alterum significat ipsum
Christianum sic separatum, ut in dist. 30.
ferè per tot. Et dicitur ab Ana, quod est sur-
sum, & thema quædam figura quasi ro-
tunda, quæ consuevit poni in frontibus
damnatorum, ut per gloss. in extravag. com.
c. 1. in ver. anathematizatus, de senten. ex-
communic. & Graff. dicta decis. num. 38. &
39. Anathema autem maranatha est Ver-
bum latæ sententiæ, & Verbum mara-
natha importat, usque ad Adventum Do-
mini sit excommunicatus, supple, nisi pœ-
niteat: gloss. in c. Guilisarius, in ver. mara-
natha, 23. quest. 4. & Felyn. in cap. Rodul-
phus, num. 33. de rescript.

4 Excommunicatio † est duplex, major,
& minor. Major excommunicatio est cen-
sura privans participatione, tam activa,
quàm passiva sacramentorum, & hominū
Abb. in rubr. de sentent. excommunicat. &

Navar. in cap. 27. num. 1. tom. 3. & prop-
terea eundem operatur effectum, quem
anathematizatio. Minor privat participa-
tione passiva sacramentorum tantum, cap.
si celebrat. de cler. excommunic. ministr. &
Graff. decis. aur. cap. 1. numer. mibi, 2. par.
1. lib. 4.

Triplex † est etiam excommunicatio
scilicet, nulla, injusta, & justa. Nulla est,
quæ ipso jure non tenet, ut lata post legi-
timam interpositam appellationem. Felyn.
in cap. Rodolphus, numer. 43. de sentent.
excommunic. Paris. conf. 28. numer.
19. vol. 4. Put. decis. 177. num. 2. lib. 2. &
Navar. in cap. cum contingat: 6. caus. nullit.
num. 1. tom. 2. de script.

Secundò, est nulla, quando deest le-
gitima potestas excommunicandi in ex-
communicante, quia excommunicans
caret jurisdictione, Graff. decis. aur. cap.
3. num. 5. par. 1. lib. 4.

Tertiò, si feratur à de legato contra de-
legantis intentionem, ut per gloss. in co-
presenti, in ver. ad cautelam, vers. sex-
to cum, de sentent. excommunicat. in 6.
& duodecim casus nullitatis excom-
municationis ponit dicta gloss. in cap.
presenti, & Abb. in cap. ab excommunica-
to, numer. 5. de rescript. Et quando
sententia excommunicationis est nulla
non requiritur absolutio, c. cui est, 11. q. 3.
Navar. in c. 27. n. 11. tom. 3. & Graff. c. 3.
num. 13. eod. lib. 4.

Injusta † tribus modis dicitur, ex causa
ex animo, & ex ordine, gloss. in dicto cap.
sacro, in ver. justa; Et injustè excom-
municatus non est privatus commu-
nionibus, & generalibus suffragijs Ec-
clesiæ Catholicæ, cap. illud planè, 11. quest.
3. & Cov. prior. par. relec. §. septimus,
num.